



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Mors Claudii imperatoris. Cap. XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. II.

Oliueti, sed conatus eius preuenit Felix, & congressio
ne facta cum armis, Aegyptum quidem fugat, alios
vero vel perimit vel capit, usq; ad triginta octo milia
virorum.

MORS CLAVDII IMPERA-
toris. Cap. XXV.

In terea Claudio tredecim annis & octo mensibus
functo imperio, Nero suscipit principatum. Hic
Festum mittit in Iudæam, ut succedat Felici, apud
quem Paulus causa dicta vincitus Romam mittitur,
Aristarcho comitante, & biennium in libera manet
custodia. Post hoc ad prædicandum dimittitur, non-
dum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de
eo narrant historiæ, sed adhuc dispensatione diuina,
clementius agente, ut interim completeretur prædica-
rio Pauli, & scriberentur eius epistolæ, vel ad perso-
nas, vel ad capita prouinciarum, vel ad fidei solidita-
rem, vel ad decorum euāgelij, deniq; ad totius ecclæ-
siæ utilitatem.

DE MARTYRO IACOBI,
fratris domini. Cap. XXVI.

igitur post Paulum Romam transmissum viden-
tes Iudæi frustratas esse insidias, quas ei intenderat,
ad Iacobum fratrem domini & Hierosolymorū
episcopum conuertuntur ad vindicandum. Tunc ex-
petunt ab eo abnegationem Christi. At ille libera
voce coram omni populo Christum esse filium Dei
confitetur. Tunc de pinnacoli deiectus ab impijs
Iudæis, orans super genua sua, etiam pro lapidantib;
tandem fullonis vecte percussus, occubuit xxx, epi-

B iii